



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Tempe. Aelianus, varia hist. l. 3. c. 1. Εςιδήχωστθ μεταξύ χείμ?θ.
Descriptio CXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

Suntibus ventis, obvioque astu retorquentur.
Ita est aliquid, quod huius fontis excusum
per momenta reperiuntur latentibus venis
certa mensura, quae dum colligitur, quod ex-
hauserat, minor riuis est, & pigror, cum col-
legit, agilior, maiorque profertur: an nescio
quid libramentum abditum, & cœcum, quod
cum exinanitum suscitatur, & elicit fontem;
cum repletum moratur, & strangulat.

titur, nauigio aurato gestant sacerdotes, cum
multis argenteis pateris, ab utroque nauigio
latere pendentibus. Sequuntur matronæ, vir-
ginesque patrio more inconditum quoddam
carmen cantentes: quo propitiare Louem cre-
dunt, ut certum edat oraculum.

T E M P L E.

Note.

Questionem. Ea questio est, que curiosis pro-
meritis in Caucaso fixit crucem. Multas hic di-
serissimè rationes afferit Plinius.

Sed quis rem acutangat? Posidonius fugi-
lat Aristotelem, qui estum fieri dixerat, propter
sublimia litora, quibus aqua repercueretur. Ap-
ollonius in ea, quam ad Indos scribit epistola,
aīt, οὐτοῦ τοῦ γοτθοῦ πανούσου πνιγματοῦ, ex
multis hiatus, qui partim sub ipso, partim in
terra circa ipsum sunt, ad exteriora diffundi, ac
rursus retrocedere. Bonapars. hanc πλημμυρίδα
tribuit luna, in quibus est Iulius Caesar, l. 4. de
bello Gallico, satius cum Antipholo concludere.

Θαδμαθία θάμβωσε τὸ μυρτόν, οὐδὲ μα-
τέως.

Σὺντασιμό δῆρίτω ταῦτα μέμητε φύτες.

FONS AMMONIS.

Ex Curtio, lib. 4.

Descriptio CXX.

Est etiam illud Ammonis nemus, in me-
dio habet fontem, aquam solis vocant.
Sub lucis ortum tepida manat: medio die,
cum vehementissimus est calor, frigida eadē
fluit, inclinata in vespere ealescit: media
nocte feruida exerctuat, quoque proprius nox
vergit, ad lucem multum caloris decrescit:
donec sub ipsum dici ortum, fluero tempore
langueat. Id, quod pro Deo colitur, nam
eandem effigiem habebat, quam vulgo dijū
artifices accommodauerunt. Umbilico maxi-
mè simili est, & habitus smaragdo, & gem-
mis coagmentatus: hunc cum responsum pe-

titur, nauigio aurato gestant sacerdotes, cum
multis argenteis pateris, ab utroque nauigio
latere pendentibus. Sequuntur matronæ, vir-
ginesque patrio more inconditum quoddam
carmen cantantes: quo propitiare Louem cre-
dunt, ut certum edat oraculum.

Aelianus, variæ hist. l. 3. c. 8.

Εἰ δὲ χῶρος μεταξὺ κτιών οὐ.

Descriptio CXXI.

Est itaque locus inter Olympum, & O-
sam situs: sunt autem hi montes altitudi-
ne immensa prædicti, & quasi diuina qua-
dam cura disiuncti, atque in medio locum
complectuntur, cuius longitudo ad quadra-
ginta stadia porrigitur; latitudo vero in alijs
partibus pedes centum, in alijs paulò etiam
plus continet; Per hunc medium labitur flu-
uius, qui Peneus appellatur, in quem reliqui
fluuij confluant, & aquam ei communicando,
magnis augent incrementis: hic locus habet
varia, & omnis generis oblectamenta, non
manibus hominum facta opera, sed spontanea
nature, quæ tunc ei plurimum ad pulchritu-
dinem ambitione contulit, cum locus pri-
mum nasceretur, nam in eo hedera copia-
& admodum hispida viget, ac floret, &
instar generosarum vitium, in proceras arbo-
ras ascendendo serpit, a que ipsis adnascentur.
Est & similicis magna copia, quæ collam ipsi-
sum ascendens laxum inumberat, ita ut illud
quidem lateat, cernatur vero nihil, prater
viridianem herbam, sive veluti quedam
oculorum panegyris. In ipso campo, & plani-
tie varij sunt luci, & scene continua, atque
tempore gratissima viatoribus receptacula,
in quibus suauiter alsum captare possunt:
diffluunt etiam riui crebri, & aquæ frigide,
atque ad bendum suauissime. Has aquas
perhibent prodere etiam lauacribus, & ad
sanitatem conferre. Conciunt etiam aues
hinc inde dispersæ, & in primis musicæ,
quæ sitientes aures mirifice recreant, atque
indefessos cum voluptate deducunt viatores,
modulationibus suis prætereruum laborem.

sub.

subleuantes. Ad utrumque latus fluminis oblectamenta illa sunt, de quibus antea dixi; & remissionibus, quietique apta loca. Per media velò tempe Peneus venit, quiete, & leniter fluens, in modum olci, hic ymbra densissimis opacatur: qua ab afflitarum arborum ramis ortæ, maxima diei parte solares radios arcent à flumine, & nauigantibus temperatam frigore nauigationem præbent.

ELYSI CAMPUS.

Lucianus, in vera historia, I.2.

Aύτη μέσην ἡ πόλις.

Descriptio CXXII.

Ipsa autem ciuitas tota aurea, murus vero smaragdo lapide cingitur; porro porte septem sunt omnes ex integro ligno, & a momo. Pavimentum vero ciuitatis, & quæ intra moenia est, terra eburnea; omnium autem Deorum templo berylo lapide constructa sunt, & altaria in eis maxima, uno è simplici lapide amethysto constant: in quibus diis immolant. Circa ciuitatem vero huius desultus vnguento optimo, huiusque latitudo regalium cubitorum centum: altitudo quanta natantibus sufficiat: porro ipsius balnea domus magnæ sunt, vitrea, cinnamomo succensa: atque pro aqua, ros tepidus in pelibus seruatur: videntur autem vestibus purpureis tenuissimis arancarum telis: hi corpora non habent, sed & impalpabiles sunt, & absque carne. Formam autem, & effigiem solam habent, ac ostendunt: incorporei ramea cum sint, stant, mouentur, intelligunt, vocemque emittunt, omninoque videtur eorum anima nuda quædam circumtagari, corporis similitudine circumdata: si quis autem non tetigerit, non crederet, quod videtur non esse corpus. Sunt enim ut ymbrae rectæ, non nigrae: senescit nemo, sed ea etate, qua se cōtulit, permanet. Denique hic haudquaquam est nox, sed dies: neque admodum clara, sed quale crepusculum esse solet, iam Aurora apparente ante orientem solem. Talis lux terram habet, quare & vnu solum anni tempus nouere. Semper enim apud eos ver est, & vnu ventus spirat zephyrus. At locus cunctis quidem floribus, omni-

bus mansuetis plantis, & floribus viret. Quæ illic sunt yncæ, duodecies quotannis ferunt, & singulis mensibus vias reddunt. Mala vero granata, & malos, ceteraque poma terdecies ferre dicebant. Nam mensæ, quia apud eos Minois appellatur, bis ferre fructum: pro frumento vero spicæ, in summicate paratos panes emitunt, vt fungos. Fontes sunt per ciuitatem, aqua quidem quinque, ac sexaginta, & trecenti: mellis vero alij totidem, vnguenti quintagi: verum & hi minores sunt: flumina lacis septem, & vni ostio. Convivium vero celebratur extra ciuitatem, in campo, qui Elysius vocatur: etenim pratam est pulcherrimum, & circa illud nemus omni arborum specie constitutum, ymbram discubentibus faciens, stratum autem substerunt e floribus, ministerant autem, ac cuncta afferunt venti, præterquam quod vinum non miscent. Siquidem can non indigent: nam circa convivium arbores sunt vitrea, magnæ, è micante vitro: harum fructus, pocula sunt omni specie operis, & magnitudinis. Vbi autem quis ad convivium accesserit, vnum ex illis, vel duo mensis decerpita apponit: ea confessim vino replentur: profertis vero luscianæ, canoræque volucres ceteræ, flores è proximis pratis ore legentes, cu cantu eos superuolant, & pergunque. Porro vnguentus ad hunc modum: densæ nubes vnguentum combinentes è fontibus, ac flumine, supraquæ coauitum sparsæ, sensim experimentibus ventis temuissimum quiddam, velut rōtem distillant, in coena musicæ, & cantilenis vacant. Canuntur autem imprimis Homer: versus, qui & ipse adebat, & cum illis convivatur, supia Vlyssem discubens: choreæ autem sunt è pueris, & virginibus. Praesunt vero illis, & concinunt: Eunomius Locrus, & Arion Leibius, & Anacreon, & Stesichorus. Nam, & hunc apud eos vidi, iam ipsi Helena reconciliata. Vbi autem hi quieterunt, secundæ choreæ succedunt, e cygnis, philomenis, ac hirundinibus. Posteaquam & illæ canere coepirint, iam tota sylva resonat, præsidentibus ventis. Hoc autem maximum ad lætitiam habent, fontes duo sunt circa convivium, unus quidem risus, alter vero voluptatis. Ex horum ambobus, in initio con-

uiuij omnes bibunt, deinde re-
liquum læri, ac ri-
dentes exi-
gunt.

Dddd 2 Naga.